

(n. 7153, item urbani duo Orell. 5106: *L. Venelius L. f. Cam. Super Aug. Bagiennor.* et 76: *L. Luceio C. f. Cam. Aprili Aug. Bag.*), modo Augustam (sic Bonnensis Brambachii n. 492: *C. Atilius Q. f. Camilia Aug.*), modo Bagiennos (vide supra et n. 7604); sed inde ubi fuerit non satis apparet. Ad titulos autem ubi nos convertimus, quatenus Augustanorum territorium pervenerit, aliquatenus inde discimus. Agrum a sinistra Sturae supra (p. 868) iam vidimus comprehensum fuisse finibus Pollentinorum; eorum enim tribus, quae est Pollia, in his dominatur. Item in summa valle Tanari fere ad Cevam infra videbimus tribum praevalere Quirinam a Bagiennis alienam et propriam Albingaunensium. A dextra Tanari ubi fines fuerint inter Albenses et Bagiennos eidem tribui adscriptos utrosque, satis determinari non potest; Dogliani tamen repertum monumentum *pontificis Augustae Bagiennorum* n. 7670 ostendit hucusque certe agrum Bagiennorum fuisse. In planitie inter Tanarum et Sturam a confluentibus eorum usque ad pedem Alpium sive a Cherasco ad urbes Mondovì et Cuneo tribus Camilia ubivis regnat, nisi quod Cherasco oppidum a proxima Pollentia aliquid arcessivit. Quapropter conjunctos exhibemus utpote Bagiennorum titulos repertos in oppidis vicisve a dextra Tanari Cissone, Dogliani, Farigliano, Bastia, Roccacigliè; inter Tanarum et Sturam Cherasco, Narzòle, Bene, S. Albano; inter Pesium et Sturam Castelletto della Stura, Morozzo, Cuneo, Beinette, Breolungo (quod medio aevo caput

comitatus Bredulensis inter Tanarum et Sturam interiecti multas fraudes Meyranesianas procreavit); ad Ellerum Mondovì, Vico, Vasco. Ipsa urbs ubi fuerit, minus certum est; probabiliter tamen hodie refertur ad oppidum nunc dictum Benne vel Bene vel (secundum decretum regium de ea re emissum a. 1862) *Bene Vagienna*. Nam et nomen illud derivatum videtur ex antiquo, cum praesertim in diplomatis medii aevi (Ughelli Ital. sacr. 4, 341 ed. 2) reperiamus *curtem de Baennis* (similia composuit Promis *Torino* p. 15), et cernuntur ad id oppidum in loco proximo *la Roncaglia* agger satis conspicuus aliaque rudera aetatis Romanae insignia, quorum descriptionem formamque proposuit Muratorius in actis Taurinensibus a. 1865/6 (l. c.) usus in ea re Carolo Promisio optimo adiutore. Verum est titulum n. 7696 repertum ad S. Albani dedicatum Augusto ab urbanis, id est a plebe intromurana Augustae Bagiennorum, sine dubio olim prostitisse intus in ea ipsa urbe; at prostitit ibidem etiam n. 7685 Narzolenis, nec mirum est ex urbis derelictae rudibus titulos aedificandi causa ablatis iam reperiri per vicina oppida dispersos. — De forma oppidi hoc unum notabile videtur Augustam Bagiennorum hodie adnumerari solere coloniis ab Augusto deductis (v. Borghesi opp. 5, 271) maxime propter titulos a Meyranesio confictos, cum in sincero n. 7153 municipiis accenseatur. *Uvir Aug.* tituli Veleiatii Orell. 3805 num ad hanc Augustam recte referatur, nescio; in Bagiennorum territorio adhuc titulus non est inventus, qui magistratum enuntiaret.

**7666** Cissone prope Dogliani *presso una cappella nella cinta del cimitero* VASSALLO. Cluson in S. Mariae BART.

Q · VIR · VALENS  
Q · VIRIO · QVIETO  
FILIO · PIENTISSIMO  
ET · SIBI · ET  
5 DIDIAE · ICO . . . .  
VXS · BENEMERENTI  
QVOD·DEBVI·FILIVS  
PATRI · PONERE  
FILIO · POSVIT · PATER

Bartoli ms.; Vassallo Dogliani f. 9, qui vidit a. 1788 (ex hoc Muratori Vag. n. 49).

In vv. dividendis secutus sum Bartolium. — 1 VIRIVS Vass. — 2 SVIETO traditur. — 4 in. ET om. Bart. — 5 DIDIATIRGO Bart., DIDIATICO... Vass. — 6 BENEMER... Vass. — 7 DE..VI..FILIVS Vass. — 8 PON Bart., P Vass. — 9 PAT||... Bart., P... Vass.

**7667** trovata già in Dogliani CHIESA. Dogliani in ecclesia S. Mariae della Pieve SCHEDAE BARTOLIO VISAE. In agro Salutiensi in aede . . . . DONIUS. Taurinis in hortis palatii GUICH. — Olim prope Dogliani in ecclesia S. Quirici DUR.

MARIA · C · F · QVAĀRA  
TESTAMENTO·FIERI·IVSSIT·SIBI·ET  
C · ALBIO · C · F · CAM · SEVERO  
F · MILITI · LEG · I · ITALICAE · ET  
5 P · ALBIO · C · F · SECVNDO  
P · ALBIVS · SECVNDVS · F · IDEM  
HERES · FACIVNDVM · CVRAVIT

Fr. Aug. della Chiesa *descr. del Piemonte* ms. 1, 164. Donius 2, 197 ex adversariis, ut ait, Aldi Manutii (v. p. 772). Bartolius repperit in codice tabularii episcopalis Salutiensis, quo continebatur visitatio ecclesiae Doglianensis facta a. 1603 ab Ancina episcopo Salutiensi. Ex eadem visitatione Durandi *Piem. Cisp.* p. 194. Taurinis viderunt Guichenon 1, 73 (inde Mur. 833, 4) et qui scripsit cod. Taur. H. IV. 24 f. 10. A prioribus Promis *Tor.* p. 386 n. 161; Muratori Vag. n. 48.

Vv. divisi ad Guich. et cod. H. — 1 G·F Bart. Dur., Q·F Guich. — QVAĀRA cod. H, QVATRA Don. (in err. emendatur), QVATRA Bart., QVARTA reliqui. — 2 TEST·TESTAMENTO Bart., TEST Dur. — FIEI cod. H. — ET om. in hiatu Dur. — 3 C· om. Bart. — AL..IO Don. — in C·F finit Chiesa. — C·M cod. H, C·M Guich. Bart., C·N Don., CAM Dur. — 4 F om. in hiatu Don. — MILIT Guich. — LEGI·ITALICAE (om. ET·P) Bart., LEG·ITALICAE·ET (E cod. H)·P Guich. Don. cod. H, LEG..... Dur. — 5 AL..IO Don. — 6 AL..IVS Don., ABIVS cod. H. — F·IDEM Guich. cod. H, P·F·IDEM Bart. Don., om. Dur. — 7 HAERES Guich. Bart. Dur. — FACIVNDVM·CVRAVIT Don. cod. H Bart., FACIENDVM·CVRAVIT Guich., F·C Dur.

**7668** lapida in Dogliano scoperta non ha guari di un tribuno del tempo dell' imp. Tito.

Petrus Franc. Orta (*vita di S. Celso Taurinis* 1667. 12. p. 298) haec affert; quae si recte se habent, is titulus nobis periit.

**7669** Dogliani in ecclesia S. Quirici olim pro vasculo aquae sanctae; ab a. inde 1854 in eadem ecclesia extrinsecus. — Rep. a. 1587 in praedio ecclesiae parochialis vici Fregarolo prope Novi CARNEVALE fraude.

C · ANNIVS · C · F  
CAM · CELER  
AVG · T · F · I · SIBI · ET  
/VILLIAE · L · F · PRISCAE  
5 MATRI

Antiquus apud Ricolvium; Zaccaria exc. 1, 57 ex Rivautellianis (inde opinor Durandi *Piem. cisp.* p. 194); Vassallo Dogliani (1792) ms. f. 5; Anonymus Gazzerae; Carnevale ms. et apud Sanguinetium p. 259 omnino ex Zaccaria Durandiove; Muratorius, cui descripsit Placidus Cerri, Vag. n. 47 et apud Sanguinetium app. p. 44.

4 /ILLIAE Vass. Mur. (ms.), VILLIAE Antiq. et Anon. Gazzerae et Mur. (ed.), FILIAE Zacc. — L·E Antiq., ET Zacc. — 5 MATRI Vass. Mur. (ms.), MATRI reliqui. — PREPARAVIT addunt Antiq. et Anon. Gazzerae et exemplum antiquum apud Vassallum, idque ipsi lapidi adiectum esse a. 1854 scribit Muratorius.